



Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatvs De Necessitate Et Modo Ministrandi Sacramenta Tempore pestis

Chapeauville, Jean

Mogvntiæ, 1612

25. Quid de illorum, qui cum poßint simul habere parochum & testes,
modo contrahunt curam parocho & postea coram testibus?

urn:nbn:de:hbz:466:1-41077

332 DE NECES. ET MOD. MINIST.

mentis instituit Dominus materias in re communi & facili, ut baptismum in aqua, ex quo facile inueniretur. Ita Concil. Tridentinum intendens statuere quædam clara facilia & cōmunia præcepta exigit testes cuiuscumq; conditionis ad matrimonii valorem & probationem: Si enim omni exceptione maiores peteret plerumq; difficile inuenirentur, innumerisq; litibus circa matrimonii valorem locus daretur.

Dices: Aliquando fit, vt ipse parochus etiam sit suspectus, ac proinde illius auctoritas vitium testium minime suppleat.

R. Posse ita accidere, verum lex non potest respicere omnes particulares casus, sed frequentiores, vt patet.

Q V A E S T I O X X V.

Quid de illorum, qui cum non possint simul habere parochum & testes, modo contrahunt coram parocho, & postea coram testibus?

Quæstionis explicatio.

Sess. 24. c. i. **C**oncilium requirens parochium, & duos testes ad celebrandum matrimonii contractum loquitur copulatiue: Sic enim habet: *Qui aliter quam presente parocho vel alio sacerdote de ipsius parochi seu ordinarij licentia, & duobus vel tribus testibus matrimonio*

rimonium contrahere attentabunt, &c. videtur ergo exigere, ut simul tempore parochus & testes intersint matrimonio: huius occasione quæritur, quid si tēpore grassantis pestis simul haberinon possint, sed hodie paratus est parochus, coram quo contrahētes mutuum consensum explicant, & eras occurruunt duo testes, coram quibus similiter faciunt, quid dicendum de hoc modo contrahendi?

Responso.

NON videtur posse tolerari, qa (vt statim diximus) satis certum est, Cnncil. Trid. copulatiue exigere præsentiam parochi & testium, & aliter contractū matrimonium irritare. Confirmatur, quia (a) præsentia parochi & testium desideratur, vt plene constare possit ecclesiæ de matrimonio: At no

<sup>a Veracius
appendice ad
speculū dub.
6.concl.4.</sup>

plene constat, quando non sunt simul eodem tempore parochus & testes, cum alias sint testes seculares,

Dices; Si testes sint præsentes qui cōsensum contrahentiū intelligunt, & parochus sit præsens, & ex pposito non vult intelligere, sed oculos claudit & aures; nihilominus validum contrahit matrimoniuī, iuxta allegatam à quibusdā Cardinalium declarationē: parochus aut præsens, & non intelligens perinde est acsi absens esset, si effectū

L1 3 testifi-

testificandi attendamus, ergo poterit matrimonium contrahi in præsentia duorum testium absente parocco, maxime si postmodum parochus consensus matrimonialis certior fiat, aut contrahentes audiat secum consensum raticantes.

R. Negando maiorem propositionem, nec est verisimile sic Cardinales declarasse, cum certum sit non valere matrimonium, si parochus non attendat ad consensum, & non intelligat illum, etiamsi hoc affectate & data opera faciat, quia tunc reuera non est dicendus præsens, nec potest testificari de matrimonio ad quod requiritur præsencia: Aliud dicendum esset, si præsens affectate & data opera fingat se non intelligere, cum tamen reuera intelligat, tunc enim reuera præsens esset, & matrimonium subsisteret: & hoc putandum est voluisse Illustriſſ. Cardinales, si quid forte de hac difficultate declararint.

Q V A E S T I O XXVI.

Quid sit de illorum, qui in extremo articulo mortis existentes, contrahunt coram testibus in absentia parochii?

Quæſtionis explicatio.

Plurima diximus permitti in casu pestis, & articulo mortis, quæ legibus verna-
tur,